



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 120. Turnonii Legati Apostolici gesta, & vexationes toleratæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. „lutari, Apostolica benignitate soluti  
 A. C. 1706. „sumus. Quod attinet ad sacerdotem  
 „Paulum de Sa, quem ob recursum  
 „ad Judices laicos, aliisque de causis,  
 „constat ab eodem Patriarcha excom-  
 „municatum fuisse in causa coram  
 „ipso inter dilectum filium Religiosum  
 „virum Guilielmum de Valle Congre-  
 „gationis Clericorum Regularium Theo-  
 „tinorum nuncupatorum, ipsumque sa-  
 „cerdotem Paulum de Sa, cum eum  
 „censuris prius absolutum, & super  
 „impedimento irregularitatis dispen-  
 „tum, prævia renuntiatione præfati re-  
 „cursus nulliter facti, ac injuncto præ-  
 „cepto parendi mandatis Ecclesie  
 „sæntia, habitandi, & inducendi in  
 „possessionem Parochiæ Gondeluri  
 „in Domino tribuimus facultatem,  
 „quibus omnibus scire te volumus  
 „peculiarem rationem habuisse tel-  
 „monii, atque iudicii per te ejusdem  
 „tuis literis ad nos delati.”

## §. CXX.

*Turnonii Legati Apostolici gesta,  
 vexationes perpeffa.*

*Relat. de In-  
 perf. de la  
 Chine p. 25.*

Interim Turnonius Mense Februario  
 Neophytis officii causa sæpius  
 sebat, quos gravibus oppido ver-  
 mou

monuit, rogavitque, ut Tabellas & Confucii effigies ex ædibus suis eliminarent, easque ad eum perferrent: His vero omnibus, excepto quodam feniculo, se eas Jesuitis tradidisse respondentibus, hi Peckinensem Episcopum ex Ordine S. Francisci adibant, supplices, ut Turnonium Patriarcham hortaretur, ne circa hosce ritus controversos quicquam innovaret; gravissimos enim inde tumultus absdubio orturos: Verum Episcopus hoc in se negotium suscipere renuit, nisi ei suam declarationem scriptotenus traderent, quod tamen facere recusabant. Quarto post die plures Christiani, iique magis conspicui Turnonium dolose convenerunt, eidem circa hosce ritus libellum supplicem offerentes; sperabant enim, eum hoc scriptum minime acceptaturum, proin eos opportunam de illo querendi ansam aucupaturos: cum autem Patriarcha libellum acceptasset, hi pudore suffusi, suaque spe delusi recessere: Eo ardentius autem Turnonius adlaborabat, ut Christianos falsis persuasionibus deceptos a superstitione ad verum Dei cultum, sui que decreti observantiam reduceret, eo fine etiam Ludovicum Appiani, & Antonium de Frolosana Franciscanum Interpretes suos ad hosce Neophytos rite instituendos sæpissime emisit,

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

*Relat. de ce qui s'est passé a la Chine par rapport a M. de Tournon Fatinel. rel. mort. Tourna*

Sæc. XVII. A. C. 1706. emisit, sæpiusque ipsemet eorum ceteris accessit, hacque industria, ac labore Apostolico non pauci ex neo-conversis luculenter deprehenderunt falsitatem juramenti, quo ab horum rituum assertoribus adacti profitebantur, Sinenses non cælum illud materiale, sed cæli nomine Deum verum adorare eosque nec a Confucio, eorumque majoribus, nec in sacrificiis oblati ullum bonum sperare: Eapropter eorum nonnulli palam testabantur, se duntaxat intendisse, quod Christiani cælum non adorent &c. alii se nequidem lectæ juramenti formula, subscripsisse, alii illius sensum non comprehendisse, sed ad aliorum sollicitationem jurasse, cum ipsis suggestum fuisset, se secus letaliter peccaturos, eo quod sua repulsa ceterius Missionis Sinensis excidium promoturi essent: alii denique aperte perjurii se reos declarabant. Sub idem ferme tempus Patriarcha ad Sinensium Imperatoris alloquium admissus, eodem rogabat, ut supremum omnium Missionum Præpositum in Urbe Pækinensi constitui, permittere velit: Hæc petitio, inquit Jesuita Anonymus assertor præfatæ relationis, minus accepta videbatur; potuisset enim Imperator suspicionem ingerere, perinde ac si in Imperii Metropoli quemdam

diſtione non modo in Miſſionarios, ſed Sæc. XVII.  
 in omnes Chriſtianos ſubditos prædi- A. C. 1706.  
 tum conſtituere intendiſſet: Eapro-  
 pter Turnonio hanc petitionem fuiſſe  
 denegatam, ipſum vero, quod hæc  
 repulſa in Jeſuitarum officina fuiſſet  
 abſdubio fabricata, incautiſſe coram  
 Mandarinis effutiſſe, narrat præſatus  
 Author; indignationem inde conce-  
 ptam diſſimulabat Imperator, ad vin-  
 dicandum tamen Jeſuitarum honorem  
 palam dicebat, „eos nunquam hono-  
 „rificum ejusmodi officium expetiſſe,  
 „cum id aliunde parum eis ad augen-  
 „dam exiſtimationem & gratiam, qua  
 „in Aula pollent, conferret, quocirca  
 „Jeſuitis præcepit, ut coram Patriar-  
 „cha palam declararent, ſe hanc digni-  
 „tatem ultro oblatam, nunquam ac-  
 „ceptaturos:„ Poſtquam vero Turno-  
 nius a Cæſare petebat, ut ſaltem Mai-  
 grotum Cononenſem Episcopum Peckini  
 ſubſiſtere, eo fine permetteret, ut hic  
 Imperatoris, ſummique Pontificis In-  
 ternuntium agere poſſet (\*). Impera-  
 tor a Jeſuitis, qui Cæſaris reſponſum  
 ad rituum explicationem ab eis factam,  
 Romamque miſſam a Patriarcha com-  
 probari, deſiderabant, ſollicitatus, hunc  
 Epi-

(\*) Hucusque cuncta relata ſunt ex illo  
 Jeſuita allegatæ relationis Authore.

**Sæc. XVII.** Episcopum ad se accersiri jussit: Hic  
**A. C. 1706.** ergo unacum Francisco Gueti Missionario ad Aulam delatus, P. Antonius Beauvollier Jesuitarum Procuratorum Virum Sinicarum rerum expertissimum obviam habuit (\*) quo presentiatu major Imperatoris Filius ex Apipiano Interprete sciscitabatur, quod hic homo esset, eo autem respondente Maigrotum esse, Regius, spurium tamen hic Filius ex Concubina natus agebat: *novi famosum hunc perturbatorem, ad audenda quævis projectum.* Postlopost quidam Mandarinus Imperatoris nomine Maigroto injunxit, ut cuncta quæ in Confucii doctrina legi Divinæ esse contraria censeret, scriptotenus exponeret. Hic ergo jussis obtemperans, ex Canonicis Sinensium libris quinquaginta textus fidei Catholice adversos conscripsit, ac unacum ejusdem fidei explicatione sequentem adjunxit protestationem: „Hoc mane quidam Mandarinus nomine Ciao exhibuit mihi mandatum Imperatoris, quod eidem doctrinæ Confucii articules legi Divinæ repugnantes scripto tradere jussus sum: cum autem peritus sum

(\*) Hic Jesuita postmodum contra ritum Sinenses & Societatis opinionem acriter minus quam solide calamus suum exercuit.

„sum habeam, hoc mandatum a Jesuitis, grec. XVII.  
 „quibus in rebus religionem Christia- A. C. 1706.  
 „nam concernentibus ad Imperatorem  
 „& gentiles Sinenses recurrere, so-  
 „lemne est, impetratum fuisse, id vero  
 „non sine magno Religionis Christianæ  
 „dedecore ac damno fieri haud posse  
 „credam, hinc præsentibus PP. Joanne  
 „Francisco Gerbillonio & Dominico  
 „Perennin Jesuitis, & Ludovico An-  
 „tonio Appiani, & Francisco Guetti  
 „protestor, me hoc facinus execrari  
 „tanquam religioni Christianæ injurio-  
 „sum, & haud ab simile illi Donatista-  
 „rum, qui reclamantibus Catholicis  
 „suam causam ad Constantinum Im-  
 „peratorem devolventes, eam ab eo  
 „dijudicari petebant: Hanc ergo meam  
 „protestationem præsentem etiam Patri-  
 „archa Antiocheno Visitatore Aposto-  
 „lico &c, innovandam censui, eamque  
 „nunc innovo. Insuper præsentem eo-  
 „dem Patriarcha declaro, quod si eo  
 „permittente, atque ex majoris mali  
 „metu Confucianæ doctrinæ articulos  
 „legi Christianæ magis contrarios Im-  
 „peratori sim traditurus, hanc causam  
 „ad eum devolvere, aut illum pro Ju-  
 „dice agnoscere, nullatenus intendam.,,

Hanc Maigroti declarationem Tur-  
 nonius die prima Julii recepit, qui  
 majora mala præpediturus, textus ab  
 eodem

ſæc. XVII. A. C. 1706. eodem collectos Imperatori tradi, per-  
 misit quidem, Jesuitis vero sub inter-  
 minata anathematis pœna, & Sedi  
 Apostolicæ indignatione per P. Gerbillon-  
 ionium Gallorum Jesuitarum Superio-  
 rem interdixit, ne de controversis ritibus  
 coram Imperatore, vel ejus Ministris  
 disputare, ac fidei causam jussu genti-  
 um subjicere præsumerent. Eadem  
 adhuc die P. Antonius Thomæ Lusitanorum  
 Jesuitarum Superior, altera die P. Gerbillonius  
 Patriarcham convenere, petentes, ut coram  
 Imperatore de controversis hisce ritibus  
 disputare ipsis liceret: id rursus sub  
 eadem pœnis inhibuit Patriarcha.

Paulopost Mandarinus quidam Macro-  
 broti textus Imperatori tradidit, magna  
 admiratione defixus, quod hic Episcopus,  
 quem ejus adversarii tantamquam ignorantis-  
 simum hominem despexerant, intra exigui  
 temporis angustias tot, tamque congruos  
 textus colligere potuerit: His perlectis  
 ipsemet Imperator fatebatur, quod non  
 modo hi, sed plures adhuc alii textus  
 Divinæ legi oppositi in Confucii scriptis  
 reperirentur, eorumque Scriptores  
 quaquam Dei legem, sed duntaxat  
 Imperii regimen respexissent. Mandarinus  
 quoque sæpius Turnonio significarunt,  
 quod Imperator contra



verso huic negotio haud ultra sese in-  
gerere decrevisset: Attamen Beauvoil-  
lerus clam contra Maigroti textus li-  
bellum Imperatori porrexit, in quo  
eosdem textus cum fide Catholica con-  
ciliare conatus, nomine *Xangti & Tien*  
verum Deum significari ajebat, nec non  
sacrificia, ceterosque ritus tanquam  
innocuos explicare satagebat, simul-  
que Maigroto, quod circa controversos  
ritus in arenam descendere declinaret,  
exprobrans, Imperatorem excitabat,  
ut doctrinas Sinensium ritibus opposi-  
tas doceri prohiberet, eo quod ipsemet  
in suis libris dixisset, quod *suis Superio-  
ribus obsistentes, turbarumque & seditionum  
Auctores plerumque Spirituum & geniorum  
nominiibus ad seducendam multitudinem in-  
sensatam utantur, ac propterea prima San-  
ctorum Virorum cura eo abierit, ut opi-  
niones Eterodoxas disseminari prohibeant,  
prudentesque Imperatores tanquam rem op-  
pido necessariam commendarint, ut noxiis  
doctrinis obex ponatur.* Inde vero infe-  
rebat Beauvoillerus, quod omnes do-  
ctrinæ Confucio, ejusque ritibus op-  
positæ in Sinis haberentur pro *Etero-  
doxis & noxiis*, tandem vero Impera-  
torem rogabat, ut hanc controver-  
siam decidere dignaretur.

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.